

niendos propter peccata nostra. sed tu piissime
 nos corripe in misericordia et non in ira tua.
 Da nobis domine spem. fidem caritatem perfec-
 tam. humilitatem. obedientiam. et tales pen-
 itentiam que tibi placeat. et scilicet angeli tui
 de nobis conuersis gaudeant. Precamur te
 corpus et sanguis domini nostri per illam pacem
 quam fecisti inter dominum et hominem quando
 te hostiam uiuam et immaculatam obtu-
 listi. ad reconciliandum genus humanum.
 deo pati ut pacem et concordiam inter nos
 et omnes christianos confirmes. & per illum ter-
 rorem quem serpente in cruce pendens fe-
 cisti diabolo formidabiles amicos acceptos.
 inimicis pacatos. nos facias. ut pace tua et
 tocuis ecclesie presenti gaudeamus prosperitate
 & futura. Saluator mundi nos salua. qui
 per uice et sanguinem redemisti nos. auxilia
 re nobis te deprecamur dominus noster. Domine ihu christe
 per guttas sanguinis sudoris tui. et perangu-
 stias preciosissime mortis tue. per immolatio-
 nem et communionem et presentiam scissimi
 corporis tui et sanguinis tui. per merita